



P 4

~~17-49~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

17-49.

SIGNAT. CLVCCCXIII.

Primam & ultimam dissertatio-
idem qui obtulit ceteras
cum iam in Bibliotheca
Volam. Diss. Vexy dord. & A
reperiant, excidit.



DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**ILLUMI-
NATIONE,**

24.
21

Quam
Divina favente gratia,
Consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ,
IN ACADEMIA WITTEBERGENSI,
SUB PRÆSIDIO
DN. JO. GEORG. NEUMANNI,
SS. Theol. D. & ejusdem Prof. Publ.

Alumn. Elector. Ephori, nec non Academiæ
Bibliothecarii,

*Dn. Patroni & Præceptoris sui ad cineres
usque colendi,*

Ad Diem XI. Maji, Anno M DC XCIX.

EX CATHEDRA B. LUTHERI

Ventilandam proponit

RESPONDENS

M. JO. CHRISTIANUS Kleber.

WITTEBERGÆ,
Litteris FINCELIANIS.



DISSEMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION

ILLUMINATION





I. N. J.
De

Nomine, Antecedentibus & Principio Organico Illuminationis.

Qv. I.

An suspectum nobis vocabulum Illuminationis sit, & deoqve doctrina ipsa in Scholis nostris contemptim habeatur?

Surgunt hodie ubertim ex commilitonibus nostris, qui nescio quam illuminationis ἐξωχὴν jactitant; à suis vero ducibus instructi, nostros Doctores ac Præceptores graviter accusant, quod non modo doctrinam de *Illuminatione*, non proponant, sed etiam suspectam reddant, & ceu heterodoxam impugnent. Cum proinde illi Antesignanum & ducem suum, editis passim chartis anonymis, defendere laborent; nemo mihi vitio dederit, quod & pro causa orthodoxa dimicem, & quam in scholis doctorum nostrorum didici, doctrinam tuear, modestèqve propugnem. Accusationes autem passim observes: Daß ich deswegen nicht anders / als mit Betrübniß und Schaam mich erinnern muß / wo einige / so da Lehrer der Gemeine seyn sollen / so bald nur von Erleuchtung des H. Geistes angefangen worden zu reden / und man sich genugsam erklären wollen / fast kaum mehr die Gedult zu hören gehabt / und es so bald NB. vor gefährlich und verdächtig achten wollen / von dem Geiste zu reden. Idem non nemo in Institutionibus

A2 fuis,

suis, quasi ex eadem schola prodiisset, sic tradit: *Cum vero tanta sit Illuminationis necessitas ut ne fidei quidem vera ignaculis absque ea detur, deplorandus est NB. Diabolica fraudis successus, quod plerisque etiam Christianorum, qui dicuntur, NB. vocabulum Illuminationis suspectum habeatur. Contra quas NB. prestigias pestilentissimas annitendum magnopere est nullis non doctoribus, ut intelligant auditores, quam necessarius sit spiritualis hic visus ad salutem. Sed paulo mitius nobiscum agere debebant, qui se fratres nostros compellant. Non enim (1.) Vocabulum Biblicum, sed fanaticum rejicimus. (2.) Quakerorum saltem, Enthusiatarum, aliorumque hujus furfuris hominum locutiones, S. Scripturae coloribus pictae, in Ecclesia orthodoxa male audiunt, utpote quas intuemur ut fruges, sub quibus frigidus latet anguis. (3.) Non tam vocabulum Illuminationis, quam, quas Novatores circa hunc Articulum praeter Scripturas adhibere solent, phrasas ex foro purioris Theologiae eliminamus! quarum farriginem insignem dare facili negotio possemus, si instituti ratio, quam non nisi succinctam esse cupimus, id ferret, (4.) Scriptura Sacra hoc fidei caput tam religiosè inculcat: cur proinde contemptim haberi possit in Scholis Praeceptorum nostrorum? imo Libri Symbolici sollicitè illud explanant, à quibus non nisi transfugae ac desertores, recedunt,*

Qv. II.

Ad quam partem Theologiae, doctrina de Illuminatione sit referenda?

Platonici quondam, & qui hinc prodierunt Mystici, indeque Gerrones quidam recentiores, alteram Theologiae partem faciunt *illuminationem*, ac *triplicem illam ad Deum perveniendi viam* inculcant: *Purgativam* nimirum, *Illuminativam* & *Unitivam*. Sed mittam in praesenti Mysticae Theologiae placita, & orthodoxam potius, quae sit hac de re, exponam sentiam. Solet quippe Illuminatio considerari, vel, ut *affectio* Scripturae S. est, ex *Psalm. CXIX, 105. 2. Pet. I. 19.* & sic ad *primam* Theologiae partem spectat;

spectat; vel ut *Actus* gratiæ applicatrici Spiritus S. est, & sic ad
tertiam pertinet. Atque hic actus iterum, vel sub articulo *Rege-*
nerationis, aut etiam *Sanctificationis*, comprehenditur: Vid. B.
 Königii *Theol. Pos. Art. de Renov. S. 600. & 603.* vel seorsim tradi-
 tur, ut medium peculiare applicandæ hominibus divinæ gratiæ,
Vid. Lib. Concord. p. 372. 497. & 581. Quare nonnulli recte distin-
 guunt inter *Illuminationem Objectivam* seu *effectivam*; & inter *Il-*
luminationem Subjectivam; *Illa* est Verbi divini *affectio*, *hac* Spi-
 ritus Dei per Verbum *operatio*. Atque hoc posteriori modo il-
 luminatio nobis hic consideratur, pro ut peculiare gratiæ appli-
 catricis beneficium est. Quid si & hic ordinem quæras? Equi-
 dem pro libertate methodi variant Theologi; at nos institutio-
 nem Apostoli sequimur, quem hac ratione instruit Salvator ipse:
Ingentes te mitto, (En gratiam Vocationis!) ut aperias oculos eorū
(En Vocationis effectum, Illuminationem!) & convertantur a
tenebris ad lucem, (En actum conversionis!) & a potestate Satanae
& Deum, (En ipsam regenerationem, per quam filii Dei evadi-
mus!) ut accipiant remissionem peccatorum, (En Justificationem!)
& sortem inter eos, qui sanctificati sunt per fidem in me. (En deniq;
Sanctificationem & Renovationem.) Act. XXVI. 17. 18. Sic & A-
 postolus Petrus *Illuminationem* tanquam *Terminum* ad quem
vocationis describit: *Deus, inquit, e tenebris nos vocavit, (Ha-*
bes divinam Vocationem!) in admirabilem suam lucem! (Habet
divinam Illuminationem) quæ adeo Vocationem sequitur, &
Sanctificationem ordine naturæ antecedit, 2. Petr. II. 9. De qui-
 bus nos præclare erudit Venerandus Dn. D. Præses in *Theologia*
Aphoristica, cap. XIII. Aph. I. Sicut verò hunc ordinem ostendit
 Scriptura, ita quoque eundem Formula Concordiæ retinuit:
Deus, ait, in aeterno suo consilio ordinavit, ut Spiritus S. electos per
verbum vocet, illuminet, atque Justificet, atque in eos aeternam
salutem conferat. p. 808. Quid multis? ipse divinus Lutherus, vel
 puerulis hunc ordinem inculcavit in *expositione Art. III. Catechi-*
smi minoris: Der H. Geist hat mich durchs Evangelium beruf-
A2
fen /

fen / (En vocationem!) mit seinen Gaben erleuchtet / (En Illuminationem!) im rechten Glauben geheiligt und erhalten. (En Regenerationem & Justificationem, Sanctificationem item, si-ve Renovationem; nec non Unionem mysticam, quæ omnia fi-unt *per fidem*: tandem quoque habes Conservationem, si-ve Confirmationem credentium, quæ fit per Sacramentum Cœnæ, quæ *servat* communicantes *in vera fide* ad vitam æternam.)

Qv. III.

An Illuminatio & Revelatio unum idemque sint?

Ubiqve fere hos actus confundunt Mystici Novatores, qui tamen à se invicem omnino debent discerni, nisi eundem cum his ipsis errorem velis errare. Nam (1) Revelatio est causa; Illuminatio vero ejusdem effectus, quod diserte, docet Apostolus, quando scribit: *Deus luxit in cordibus nostris*, (Atque sic habes Revelationem, tanquam causam.) *ut illuminatio de cognitione glorie divina oriatur.* (Et sic demum habes Revelationis effectum, seu ipsam Illuminationem.) *2. Cor. IV. 6.* (2) revelatio non nisi immediate à Spiritu S. profecta est. *1. Cor. II. 10. 2. Cor. XII. 7. Gal. I. 12. cap. II. 2.* Illuminatio vero hodie tantum ex sacris literis est petenda *2. Tim. III. 14. 15.* (3) Revelatio & in hoc & in futuro seculo obtinebit: ac Illuminatio gratiosa tantum in his terris viatorum est. *1. Cor. XIII. 12.* (4) Revelatio non aliis, quam Prophetis & Apostolis facta; Illuminatio vero ex intentione divina omnibus hominibus est destinata. *Job. I. 9. III. Eph. II. 14. 1. Tim. II. 4.* Alia, quæ ad hanc Illuminationis & Revelationis Differentiam faciunt, legi possunt apud Vener. Dn. Bucherum in *Rathmanno Redivivo* p. 165. libro eruditissimo, & contra quosvis fanaticorum machinas invicto. Cæterum confusionis horum actuum fructus est, ut, qui hodie velit illuminari, idem & revelationes immediatas debeat expectare.

Qv. IV.

An Sanctificatio debeat precedere ipsam Illuminationem?

Hæc causa facilis quidem est, & expedita, difficilis tamen iterum

iterum redditur à Pietistis, aliisque fanaticis, qui manibus pedibusque contendunt, ut persuadeant imperitis, Illuminationi semper anteposendam esse Sanctificationem. Reinige uns / inquit Dissentiens, von der Herrschafft der Sünden durch wahre Buße (En viam purgativam!) damit wir alsdenn sehig werden / durch das Licht des Glaubens erleuchtet zu werden. (En illuminationem!) Præterea omnium divinarum operationum fundamentum constituit inhabitationem Spiritus S. & commendat Theologiam mysticam, in qua doceatur, daß der H. Geist erstlich unsre Seele von der Sünden Unflut mehr reinige / und sie zu der übrigen Wirkung mehr tüchtig mache / daß Er sein Licht immer weiter in ihr innerlich entzündet. Plura hujusmodi loca congescit, ac discussit Dn. Bücherus in *Rathmanno Rediv.* p. 174. Verum perversa hæc methodus, perversam quoque reddit Theologiam nostram. Nam quid, quæso, 1.) magis à re & ratione alienum est, ac se convertere per pœnitentiam ad Deum, & sancte vivere, prius, quam cognoveris sanctitatis fontem Deum? Quid 2.) magis absurdum, ac jubere detestari peccatum, priusquam peccati naturam intellexeris. Agnitio enim peccati & contritio cordis, tanquam partes pœnitentiæ, sunt ex lege *Rom. III. 20. cap. VII. 7. 10.* Ergo adhuc illuminatio præcedit pœnitentiam, & per consequens, etiam Sanctificationem. 3.) Quis nescit *per fidem purgari corda a peccatis Act. XV. 9. Conf. Tit. II. 11, 12. Gal. V. 24.* Ergo fides primum ex auditu verbi haurienda est, antequam purgatio à peccatis succedat. Et quantam, quæso, fenestram Pelagianis ad nequitiam patefaciunt contrariam docentes? dum enim bona? opera ante Illuminationem requirunt, utique naturæ viribus adscribunt, quod gratiæ est.

Qv. V.

An vera Illuminatio in intellectu hominis esse queat, et si nec fiducia, nec sanctimonia in voluntate existat?

Qui

Qui semel vagas Myfticorum vias ingressus est, facili lapsu
in plures deinceps errores ruit. Sic ille: Wer die Wahrheit nicht an-
nimmt/ der hat sie warhafftig noch nicht erkant. Dazu kömt auch/
wo man die göttliche Wahrheit des Evangelii von unserer Seelig-
keit in Christo Jesu erkant/ daß auch/ die sie erkennen/ NB. nicht
anders können/ als auch sich darauf verlassen/ und ihr Vertrauen
darauf setzen. Daraus wir sehen/ ob wol diese Erkantniß noch nicht
der völlige seligmachende Glaube sey/ als dazu noch neben dem
Zeyfall auch noch des Vertrauen kommen muß/ so seyn dennoch
diese beyde NB. unfehbare Folgen einer lebendigen Erkantniß/ und
davon NB. unabsonderlich Daher wenn es an diesen mangelt/ so
mangelt gewiß auch einigerley massen an dem ersten Stück/ nem-
lich an der Erkantniß. At enim vero vana hæc assertio est, nec sibi
constat. (1) Quia Christus Phariseos in cathedra Moïsis sedentes,
ceu Doctores bene illuminatos jubet sequi: sed opera illorum de-
testatur *Matth. XXIII. 3.* (2) Quia Judæi noverant voluntatem DEI
& instituti ex lege probabant eximia, aliosq; docebant: Sic erant cer-
te illuminati; & tamen iidem se ipsos non docuisse, quinimo furtum,
adulterium & sacrilegium commisisse dicuntur. *Rom. II. 18, 19.* (3)
Paulus & quivis alii sanctorum donum illuminationis in se agno-
scunt, ac deprædicant; sed de refractaria voluntate, & fiducia ali-
quando maxime imbecilli, conquerruntur. *Rom. VII. 22. 23. Marc.
IX. 24.* (4) Ipse Dissentiens aliquando de fidei suæ infirmitate,
summopere conquerritur, sed de Illuminationis prærogativa pas-
sim gloriatur. (5) Concessa hæc hypothese sequeretur, gratiam
conversionis absolute esse irresistibilem, quod ἀτοπον Adde pro-
in, quod sententia hæc (6) absoluto reprobationis decreto patro-
cinetur, & vel ideo in Theologo orthodoxo ferenda non sit. Ta-
ceo (6) hominem sæpe per intellectum meliora videre atque pro-
bare, nihilominus tamen cum Medea, Protoplastis omnibusque
Sanctis, per voluntatem, deteriora sequi, atque sic, amissa fiducia
& sanctitate, peccatum contra conscientiam committere. Conf.
Conf.

Conf. omnino 2. Pet. II. 16. 21. Ebr. VI. 4. seq. Act. VII. 51. 54. Mar.
VI. 20. 26. seq. Luc. XII. 47. 48. Matth. VI. 22. Phil. I. 15. 18. Vide Ma-
gnif. Dn. D. Deutschmanni Apologiam S. VII. Anti Spen. Proleg.
Art. I. ubi solide hoc ζήτημα discussum est.

Qv. VI.

An Scriptura S. actu primo, & in se lumen habeat, an vero Spiritus
S. eidem in opere Illuminationis demum accedere debeat?

Dissentientis assertio est: Wo es recht hergehen soll / muß
der Mensch zwar Gottes Wort hören und lesen / und acht drauff
geben / (quamvis autem hoc fiat, Verbum tamen per se gratia sam
Illuminationem non affert,) soll es aber zum Glauben nutzen / so
muß der Heil. Geist dabey seyn / ihm sein Herz und Verstand niß
öffnen / und die Wahrheit / die er liest / und höret / ihm in die Seele
drücken / und daselbst offenbaren / daß er sie in der Wahrheit fasse.
Also muß alle seligmachende Erkänntniß NB. aus dem Worte ein
Licht des heiligen Geistes seyn! Plura hujusmodi passim occur-
runt. Alibi similitudinis cumulantur, quibus Verbum Dei com-
paratur cum baculo Moysi, qui à Spiritu S. elevari; cum Organo
Musico, quod pulsari; cum cortice, cui nucleus à Spiritu S. ingene-
rari debeat. Sed quis non videt, hae ratione, insitam Scripturae
illuminandi vim prorsus labefactari. Nam Scriptura S. (1) Defi-
nitive & formaliter in se habet virtutem incendendae fidei & con-
ferendae salutis Rom. I. 16. c. X. 8. Job. V. 68. c. XVII. 20. (2) Com-
paratur cum ejusmodi rebus, quae sua efficacia, & virtute interna
non destituuntur. Dicitur Verbum Dei Semen, quod *αυτοματως*
fructus fert. Luc. VIII. 6. 7. 1. Pet. I. 23. Imber & pluvia Esa. LV. 10.
Hos. VI. 3. lumen & ignis. Ps. CXIX. 105. Jer. V. 10. (3) Per hypothesein
Dissentientis nihil aliud quaeritur, quam illum. natio, quae fiat sine
medio: Si enim Spiritum S. à Verbo separet, qui erit medium il-
luminandi corda? Quod attinet (4) verba Davidis: Er wird seinem
Donner Krafft geben / Ps. LXIIX. 34. thesin orthodoxam confir-
mant, non convellunt. Nam in fonte legitur: קול עז ירתן בקולו:
Dabit in voce sua vocem fortitudinis, sive potentia. Sive igitur verba
B Germanica

Germanica à Theologis exponantur de actuali verbi divini operatione in hominibus, sive de salutari fructu, quem affert non tantum in Illuminatione, sed & Conversione ac Regeneratione, cæterisque gratiæ divinæ actibus, uterque sensus orthodoxus est, nec improbandus. Sin vero de accedente demum virtute Spiritus S. accipiantur, fanaticum id est, & jam pridem in Schvvenckfeldo, Weigelio & Rathmanno improbatum.

Qv. VII.

An Scriptura S. lumen, quod insitum habet, in omnes vel legentes, vel audientes ex æquo spargat?

Poterat hoc, si de effectibus quæsitum fuisset, aliqua ratione admitti: sed de ipsius Scripturæ lumine disquiritur: Das Licht/ so doch einerley in der Schrift ist/ strahlet nicht allzeit in gleicher Maß auf uns. Item Es mag Gott seine sonderbare Ursach haben/ daß Er aus bedenklichem Rath selbst die Augen zuhalten scheint/ daß sie die Wahrheit der Lehre nicht eben so erkennen mögen. Scripturam verò pari semper apud omnes claritate radiare, facile evincitur: (1) Quia lumen, seu claritas Scripturæ solaris est, & sibi semper homogenea. Ps. XIX. 8. Ergo una etiam eademque erit illuminationis ratio. (2) Deus omnes homines vult ad cognitionem veritatis pervenire. 1. Tim. II. 8. Ergo cum lumine Scripturæ ita erit comparatum, ut radii ejusdem apud omnes quoque ignorantia tenebras ex æquo discutere queant. (3) Contraria sententia in Deum iniqua est, quasi ille ipsa salutarem cognitionem ex Verbo hauriendam impediatur. Quid vero tandem (4) erit Reformatorum cramben apponere, si hoc non est. Conf. Magnif. Dn. D. Hannekenius noster in *Anti-Maresio obs. ad §. 45.*

Qv. VIII.

An tota fidei Analogia ex natura lumine, vel lumine primi articuli, sine speciali Spiritus S. illuminatione, hauriri possit?

Hoc diserte ille affirmat, contra cujus periculosas hypotheses hactenus dimicamus: Die Erfahrung liegt am Tage/ wie es nicht nur möglich sey / sondern würcklich geschehe / daß Derjenigen sehr viel

viel seynd/ dero ganzes Leben von der Zeit an/ als sie zu ihrem Ver-
 stand gekommen sind/ etwa also geführet worden ist/ daß klar seyn
 könnte/ daß sie zu der Welt gehören/ die den Geist Gottes nicht em-
 pfangen kan/ dero ihr Sinn/Dichten und Trachten in dem ganzen
 Lebē niemahlen nach nichts anders gestanden ist/ als nach eigener
 Ehre/Nutzen/Wohllust und Fleisches Gemäglichkeit: Ja die ihre
 Studia niemal nach keine andern Zweck haben zuführen verlanget/
 und also NB. ohne das Gnaden-Licht des H. Geistes / den sie in
 solchem Stande in sich nicht haben kräftig würden lassen/ NB. als
 les gethan; die dennoch zu einer vortreflichen Erudition, und Ge-
 lehrtheit gekommen sind/ daß sie über alle Dorte der Schrift mit
 scharffem Verstande reden/predigen und lehren/NB. die ganze A-
 nalogiam des Glaubens und der Christlichen Articul/ohne Unter-
 mischung von der Kirchen verworffener Irthümer/ fassen und ans-
 deren zeigen/davor aus der Schrift streiten / die falschen Lehrer
 widerlegen/ und also mündlich und schriftlich sich ihres Habitus
 oder Wissenschaft haben gebrauchen können. Sed & hæc nullo in-
 nixa fundamento sunt. (1) *quia mundus per suam sapientiam, Deum
 in sapientia ejus non cognovit. 1. Cor. 1. 21.* (2) *quia naturalis homo,
 i. e. Luthero interprete, optimis naturæ & sapientiæ dotibus in-
 structus, tamen non intelligit, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia ipsi sunt,
 nec potest intelligere. 1. Cor. II. 14.* (3) *Ne ipsa quidem inavertens cogi-
 tandi spiritualia ex nobis est. 2. Cor. III. 5.* E. ne prima quidem men-
 tis operatio, nedum discursus de rebus Spiritualibus solius naturæ
 beneficium erit. (4) *Caro & sanguinis non revelant fidem de Chri-
 sto Matth. XVI. 17.* Ergo etiam ex propriis viribus eandem capere
 homo non potest. (5) Notitia & assensus sunt partes fidei essentia-
 les: Jam cui tribuitur totum, eidem & ejusdem partes vendican-
 tur. Atque Spiritui S. tribuitur totum, quod est fides, *Eph. II. 8.*
 Ergo eidem quoque cognitio, tanquam pars fidei tribuenda erit
 (6) Videmus cœcitatem animalis hominis in miraculo Penteco-
 stali. Sic enim ille judicabat de Apostolis: *Musto expleti sunt isti.
 Act. II. 13.* Iterum de concionibus Pauli & Barnabæ irrogeniti sta-
 tuebant:



tuebant: *Dii in specie humana descenderunt ad nos, Act. XIV. 11. De concione Prophetica Pauli judicabat Festus: Paule insanus, quia litera te insanum reddiderunt. Act. XXVI. 24. (7) Ipsimet Apostoli regeneriti quidem, sed in plurimis adhuc obdurati corde, non intelligebant articulum fidei de Christi passione & morte. Luc. XVIII. 34. Ergo non nisi falsissime statuitur, irregentos ex naturæ virib9 totam fidei analogiam intelligere posse (8) Semel iterumque contraria sententia in Pelagio damnata fuit, hodie verò ceu novum aliquod *εὐρημα* in Ecclesiam reducitur. vid. Dn. D. Schelvvigium in *der Krafft und Safft-losen Abfertigung* p. 139. (9) Ex asse nobis consentiunt beatissimi Confessores, qui *Art. II. Form. Concord. de Libero Arbitrio* p. 579 rotunde ac libere dicunt: *De hoc negotio hæc est fides, doctrina & confessio nostra: quod videlicet hominis intellectus, & ratio in rebus spiritualibus prorsus sit cæca, NB. nihilque propriis viribus intelligere possit. Conf. p. 657. F. C. nec non Vener. Dn. D. Deutschmanni Apologiam AntiSpenerianam P. I. p. 46. usq; ad 56. Confer B. Qvenstedium, qui clare ac rotunde docet: quod Evangelii quoque literalis cognitio NB. nullo modo absq; gratia haberi possit. Syst. P. III. c. VII. Sect. I. thes. 17. p. 495. b.**

Qv. IX.

An Verbi præcones causa ministerialis Illuminationis sint?

Etiam hic à doctrina salutari recedunt Novaturientes, dum ajunt: *Daß Prediger NB. eigentlich nicht unsere Lehrer seyn. Gott/ Christus und sein Geist seyn NB. allein unsere Lehrer / wiewohl in dem Wort. Aber der Prediger Ampt gehe nicht weiter als daß sie den Leuten/ was sie glauben sollen in der Schrift NB. weisen. Ast si verbi præcones non proprie nostri doctores sunt, erunt (1) & æquivoce tales, & hoc nomine prorsus indigni. Sed consequens est absurdum, quoniam à Spiritu S. ipso vocantur *διδάσκαλοι. Luc. II. 46. Act. XIII. 1. c. XV. 22. Eph. IV. 11.* Ergo & antecedens erat falsum. (2) Dicuntur *se ipsos salvare, & suos auditores. 1. Tim. IV. 16.* Ergo doctrinâ sua vere influunt, & cooperantur ad hominum salutem, yereque Doctores sunt. (3) Si dantur homines *ικανοί*, quib9
ex*

ex mandato divino munus docendi etiam demandatum est, sequitur, quod sint vere, proprieque dicti doctores, ex 2. Tim. II. 2. (4) Si praecones nostri non sunt vere & proprie doctores, nec erunt vere & proprie Θεῶν συνεργοί, quod est contra expressam Scripturae literam, 1. Cor. III. 9. Sed quis (5) non videt, in ἐξουθενισμὸν & opprobrium S. Ministerii fanaticos haec decantare, ut cum Anabaptistis pessudent istud, & quibusvis Laicis permittant: cur? quia ostendere saltem, Verbum, non docere proprie debent, ut ille ait.

Qv. X.

An vis quaedam Sympathetica ex ore pii concionatoris exeat, quae ab auditore sensibiliter percipiatur?

Portenta hic opinionum audias: Es gehet eine Krafft aus des Predigers mit Glaube und Liebe erfüllten Seele NB. mit seinen Worten aus seinem Munde / und dringet in die Herzen der Zuhörer / daß dieselben bey sich NB. fühlen / wie ein Ernst es dem Prediger sey. In welcher Sache vielleicht noch ein und andere Dinge uns verborgen seyn mögen / wie es damit hergehe / und NB. etwas aus einer Seele in die andere dringe / nachdem wir die Art / Kräfte und Wirkungen unsrer Seelen noch zur Gnüge nicht verstehen. Quae Sympathia spiritualis tamen ut manifestissimū signum Regenerationis deprædicatur, Sed λόγοι Φοβητικοί sunt, nec unquā in Scholis nostratum Doctorum audiri: (1) quia ne verbum quidem de hac Sympathia in sacris literis occurrit, Theologi vero non est sapere ultra id quod scriptum est, 1. Cor. IV. 6. (2) Si ratio hujus Sympathiae ipsum Dissidentem latet, cur non potius profert, quae intelligit, quam ejusmodi opinionum Chimæras? (3) Fluit hæc Sympathia ex falsa hypothese, quod nimirum impii concionatores non sint vere illuminati, nec possint recte docere, utpote quorum egressa virtus non sentiatur ab auditore. Neque (4) est, quod quis exemplum Augustini objicere velit, qui à nullo satis illuminari poterat, donec ad Ambrosium veniret, qui aureis quasi catenis ipsum ad coelestem veritatem pertraxerit. Nam habet Deo suas horas & moras, quando aliquem velit illuminare, aut convertere.

B3

tere.



tere. Hoc interea certum est, quod hæc illuminatio non virtuti, egressæ ex anima Ambrosii, sed potentiæ S. Scripturæ & Spiritus S. accepta ferenda sit. Vid. Dn. Bücher. in *Myst. Iniquit.* p. 35. seq.

Qv. XI.

An auditores ex interna sensatione judicare queant de Illuminatione concionatoris?

Adeo audaculi sunt, qui ad nos veniunt *Ψευδάδελφοι*, ut sensationem, seu experientiam cordis infallibilem normam faciant, secundum quam de Ministri dignitate & doctrina judicium ferant. Nam hi Aristarchi tantum sibi vendicant, ut scire se jactitent: Ob ein Prediger aus dem Geiste rede und schreibe / oder nicht. Daß sie gleichsam bey sich fühleten / wie ein Ernst es dem Prediger sey. 2c. Vid. Dn. D. Præsidis *Diss. de Seculo Majoris Revelationis* p. 10. Sed quæso, quis (1) unquam ejusmodi sensationem expertus? certè myriades hominum existunt, quorum ne unus quidem aliquid de hac cordis commotione tibi poterit commemorare, an propterea omnes per ætatem non concionatorem, vere illuminatum, audivisse existimas? (2) Non sensatio quædam fanatica, ceu fictum mentis idolum, sed NB. *sola Scriptura Sacra agnoscitur iudex, regula & norma, ad quam ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda & judicanda sint, an pia, an impia, an vera, an vero falsa sint,* gravissime pariter ac verissime ait F. C. p. 572.

Qv. XII.

An Deus hodie non solum mediate, sed & immediate homines illuminet?

Dissentientis effatum est: So haben einige Christl. Lehrer bemercket / daß kein einig Jahrhundert in dem N. T. vorbey gegangen sey / da *GDZ* nicht hätte lassen auch einigen Glanz von NB. einem prophetischen Licht / bey unterschiednen Leuten / blicken. Item: Nachdem Christus in seine Herrlichkeit eingegangen / bleibt *ER* dennoch unser Prophet / ohn allein / daß er nun solches nicht mehr NB. bloß unmittelbahr verrichtet. Item: wenn *GDZ* noch einige unmittelbahre Propheten senden wolte / könnten wir ihme die Hand darinnen

darinnen nicht binden. At enim verò de immediata illuminatione contra Pietistas, Schvvenkfeldianos, Teophrastistas, Weigelianos, Novellos Prophetas, Quakerorum antesignanum Barclajum, Theosophos, Rathmannianos, aliosque fanaticos firmiter statuendum, quod ratione credendorum, vel Articulorum fidei, hodie prorsus cesset, (1) quia Apostoli, ante obitum suum, non raptus & inspirationes, sed Scripturas Ἰεροπνεύσης in perpetuam custodiam commendarunt posteris: *Qua audivisti à me per multos testes, hac commenda fidelibus hominibus, qui sint idonei, ut alios quoque doceant.* 2. Tim. II. 2. IV. 2. 2. Pet. I. 19. 2. Pet. III. 2. Ergo Deus hodie non nisi per Verbum & Verbi ministros informat Ecclesiam. (2) Quia Deus ultimis diebus locutus ad nos est per Filium Ebr. I. 7. Et quanquam Dissentiens neget: *Daß aus besagtem Orte folget es haben die Göttlichen und Englischen Erscheinungen / wo durch Gott mit dem Menschen handele nachgelassen; egregie tamen, & quidem VI. firmissimis rationibus eum ipsum locum vindicavit Dn. D. Præses in Diff. III. Anti Chil. qui omnino hic conferendus.* (3) Quia tunc, cum unctus esset Sanctus Sanctorum ob signata est visio & prophetia. Dan. IX. 24. Conf. J. h. IV. 25. c. XV. 15. Ideo & (4) Spiritus S. nos revocabat ab expectatione immediatæ illuminationis ad mediatam. 2. Pet. I. 18. 19. Luc. XVI. 29. 30. 31. Quia propter facere aliter non possumus, quin (5) pedibus eamus in sententiam Formulæ Concordiæ, quæ non nisi per verbum illuminationem hodie fieri sedulo & constanter inculcat. Nolumus omnia, quæ p. 202. 672. & alibi gravissime dicta sunt, in medium producere, sed tantum verba divini Lutheri, quæ habentur in Articulis Smalcaldicis p. 331. pensitanda proponimus: *In his, quæ vocale & externum verbum concernunt, constanter tenendum est, Deum NB. nemini Spiritum, vel gratiam suam largiri, nisi per Verbum, & Verbo extremo, & precedente, ut ita præmuniamus nos adversus Enthusiastas, id est, Spiritus, qui jactant, se ante verbum, & sine verbo Spiritum habere, & ideo Scripturam, sive vocale verbum judicant, flectunt, & reflectunt pro libito, ut faciebat Monetarius, & multi adhuc hodie, (Pietistæ)*

Ita) qui acute discernere volunt NB. inter Spiritum & literam, & neutrum norunt, nec, quid statuunt, sciunt. Hoc in universum antiquus est Satanas, & serpens, qui etiam Adamum & Evam in Entusiasmum conjiciebat, & ab externo verbo Dei ad spiritualitates & proprias opiniones abducebat, id quod tamen & ipse per alia externa verba persiciebat, perinde ut hodie nostri Entusiasti & externum verbum damnant, & tamen ipsi non silent, sed mundum garrulitatibus & scriptionibus implent, quasi verò Spiritus per Scripta & vocale Verbum Apostolorum venire nequeat, sed per ipsorum verba & scripta primum veniat. Cur ergo non ipsi etiam omittunt suas conciones, & scriptiones, donec Spiritus ipse ad homines, sine ipsorum scriptis, & ante ea veniat, quemadmodum gloriantur, Spiritum se accepisse, sine predicatione Scripturarum? Hactenus B. Lutherus, & cum eo omnes pii Confessores.

CAPUT II.

DE

Forma & Subjecto Illuminationis.

Qv. II.

An Illuminatio fiat per introversionem, per abstractionem mentis ab omni meditatione, per silentium quoddam internum, aut quietem ab omni sensuum operatione?

Mira sunt, quæ ex Mysticis & Platonice Scriptoribus Dissentiens passim suggerit: Nam differit von dem Einkehren in sich selbst/ von der innerlichen Stille und Ruhe/ Item von der Eindringung in Gott und in das Licht / von der laugen Welle / da der Mensch in den Geist und in den tieffsten Grund der Seelen gezogen wird/ worinnen er mehr leidet / als thut / und sey die höchste Andacht/ wo keine Andacht/ kein Verstand scheint übrig zu seyn. Præterea loquitur von einer himmlischen Verkündigung / die wie in unsrem Herzen fühlen/ und derselbiaen folgen sollen/ von Abgeschiedenheit und Versammlung der Gedancken in Gott. Loca hæc allegata vide in Vener. Dn. D. Præsidis, Standhaffter Vertheidigung

theidigung p. 36. Sed magna hic harmonia est cum illis, quæ legas in Weigelio, multa garriente de *Sacro silentio*, Vom Göttlichen Einsprechen und von der Stille. Unde ejus πολυτρήτων: möchte ich nur eine halbe Stunde ein Klotz seyn/ ich würde ein Prophet und Apostel. Idem pronunciat: Wer alle euserliche Sinne/ samt der imagination kan stille halten und sich hinein kehren in den innwendigsten Grund der Seelen/ in stiller Gelassenheit auff Gott warten in ihm selber / und in ein Vergessen kommen seiner selber und aller Dinge/ der wird in seinem Verstande von Gott erleuchtet. Und das heist von Gott gelehrt seyn. Paria deprehendimus in Barclajo, Tremulorum antesignano, qui de *interna animi quiete*, de *introversione*, de *abstractione mentis* &c. plus mille insomniorum nobis commemorat. Nugas has uberius congestas vide in B. Baieri *Collatione Quakerorum & Protestantium cap. IX. thes. 4.* Verum quantopere Enthusiasmum ista redoleant, vel tyronibus nobis abstrusum esse non potest. Nam (1) *In hoc nobis constanter perseverandum*, ut Lutherus scribit in *Articulis Smalcaldicis p. 333. quod DEUS nolit nobiscum aliter agere, nisi per vocale Verbum & sacramenta, & quod quicquid sine verbo & sacramentis statatur, ut Spiritus*, (in silentio illo illabens, aut illapsus, ut addit B. D. Baierus,) *sit ipse Diabolus.* (2) Non improbamus quidem in vera conversione, cessationem à peccatis proarcticis, nec rejicimus abstractionem animi à rebus peregrinis, & curis secularibus in actuali Verbi usu, sed illam sive cessationem, sive quietem, ut Enthusiasticam improbamus quæ à meditatione ipsa doctrine sacre, *Scripturae dictorum*: itemque à conceptu mentis, à discursu, imò ab ipsius principii & principiorum fidei consideratione animum retrahit, ac rapit in sublimia & in, nescio quam, oblivionem omnium, & ἀπ' ἑσθ' abducit quod est, *Scripturae iudice: μετεωρίζεται* hoher fahren / *Luc. XII. 29. & ἐμβατέυεν ἀμὴν ἀώρανευ* in ea penetrare, quæ quæ non vidit. Nam (3) *Deus cultum* expetit non ἀλογον sed λογικόν & *racionalem Rom. XII, 2.* Quid multis? (4) ipse Dissentiens hunc illuminationis modum sibi incognitum fatetur, num vero auditores ejus, experti eundem sint, admodum dubitat. Sic enim scribit: Die Lektion ist mir selbst zu hoch / und sehe ich diesen Grad/ als ein schönes Licht von Ferne an/ da ich noch nicht tieffer hinein zusehen vermag/ den es ist wahrhaftig ein Strahl aus der Ewigkeit. Ob jemand unter euch sey/ der etwas davon geschmeckt / weiß ich nicht. *Cui vero non docet potius, quæ scit, quam quæ nescit?*

An literalis notitia, hominis impii, in quantum verum Scripturae sensum continet, vera proprieque dicta Illuminatio sit?

Dissentiens denegat notitiae literalis nomen verè, proprieque dictae Illuminationis: Ich mache einen Unterschied unter der Erkänntniß/ deren eine Geistliche und Göttliche lebendige Erkänntniß (dero ich den Nahmen der Erleuchtung zugebe/ nach. 2. Cor. IV. 6. eine andere ist eine natürliche/ menschliche und Substäbliche Erkänntniß/ obwohl alle beyde mit den Buchstaben des umgehen. Die erste kömmt Warhafftig von dem H. Geiste/ doch nicht eigentlich unmittelbar/ sondern durch die erleuchtende Krafft des Wortes selbst/ obwohl der Mensch auch seinen Fleiß des Lesens/ Hörens und Betrachtens dabey anwendet / dahero ist allezeit eine Heiligung/ und Krafft darbey. Die andere kömmt aus dem menschlichen Verstande/ und dessen Gebrauch eigentlich her/ nicht anders/ als ein Mensch aus dem Aristotele, Platone, Cartesio, vermittelst seiner natürlichen Kräfften/ zu einem grossen Erkänntniß kommen kan/ NB. ohne göttliches Licht des H. Geistes/ nemlich des III. Articuli &c. Vid. Venerandi Dn. D. Deutschmanni Apologia contra Falsum Ἐγὼλημα Vanarum Imputationum Art. IV. pralim. Prop. 3. Sed antequam hujus sententiae discussionem suscipiamus, notandum est: distinctionem inter literalem & spiritualem notitiam, probatam quidem esse Theologis, sed diverso sensu, & à strophis Pietistarum prorsus alieno: nam per *literalem* nostri non intelligunt naturalem, ein vernunftlicht/ sed illam, quæ à Spiritu S. per Verbum proficiscitur, mentemq; quò ad notitiam & assensum instruit, ut agnoscere verum, a falso discernere, & ratiocinari queat, tametsi salutaris non sit, quippe quæ ad voluntatem pertinet, eandemq; flectit, corrigit, sanctificat. Dissidentes vero geminà ratione hanc distinctionem depravant: (α) quod literalem Illuminationem nuncupant naturalem, cum tamen hæc ipsa ex Scripturis, adeoque speciali Spiritus S. illuminatione proficiscatur. 2. Cor. III. 5. 6. 1. Cor. II. 14. (3) quod Scripturae literam pro litera mortua agnoscant, adeoque hanc ex eadem notitiam & conceptum pro literalis tantum & mortuo venditent, sicuti Scripturam ipsam pro litera mortua tantum reputant. *Spiritualis* verò quæ dicitur, ipsa fiducia salutaris est, per quam justificatur homo, atque salvatur. Quando ergo nobis sermo est, de notitia literalis, prout ex Scripturis hauritur, & verum ejusdem sensum continet, meritò affirmamus, eam veram proprieque sic dictam esse Illuminationem.

Quia

Quia (1) per hanc hypothesin, Verbum DEI in impiis iterum cum Schwenc-
 feldianis & Weigelianis pro litera mortua vendidatur. (2) Quia prima her-
 ba germinatio i. e. primo cognitio rerum sacrarum ex semine verbi est: Itaque
 verissima illuminatio erit. *Marc. IV. 27.* (3) Quia impii fatebuntur in illo
 die: quod propheta verint per nomen Christi, multasque virtutes praestiterint:
 Sed iidem tamen voluntatem Patris non fecerunt. *Matth. VII. 21. 22.* Ergo
 impii in sensu literali vere illuminati sunt. Haec enim Scripturae literalis
 notitia, aut lux vocanda erit, aut tenebrae: Si prius, habeo, quod volo; si
 posterius: tenebrae tibi lux erunt, lux vero tenebrae, quod implicat. (4)
 Quemadmodum ex humani doctoris verbis, quamvis vita non secundum
 eadem instituat, nihilominus cognitio humana acquiri potest: ita ex divi-
 ni Doctoris sermone, etiam in impiis, cognitio divina oriatur, necesse est,
 nisi velimus statuere, Deum longe minus, quam hominem verbis suis posse
 efficere. (5) Deus est Doctor catholicus, *Esa. XLVIII. 17. Ps. XCIV. 10.* qui
 ergo ex verbo Dei mentem Dei cognoscit, sive pius, sive impius sit, vere pro-
 prieque à Deo illuminatus est. Nam hodie non alio modo Deus nos docet,
 quam per vocale Verbum vid. B. Lutherus *Tom. VI. Altenb. f. 444. a.* (6)
 Deus expresse, impios doctrinae gratia ad Verbum ablegat, *Luc. XVI. 29.* fru-
 stra autem hoc fieret, nisi cognitio, quam impii ex Verbo hauriunt, esset vere
 divina cognitio. Uberrime haec evincentem vide, Theologum de Ecclesia
 Christi meritissimum *Dn. D. Schelwigium* in *der Safft- und Krafft-losen*
Abfertigung à p. 109. usque ad p. 135. qui liber cedro dignus, meritoque o-
 mnibus commendandus est. Sed incido in *Ἐπίδοξον* Pietisticum novum;
 quod interdum accidat, ut ex illuminatione spirituali & gratiosa fiat natura-
 lis & ex naturali gratiosa: Illud quando homo pius, qui de salute aeterna suf-
 ficienter instructus, excusso regenerationis semine, vitis se immergit: Hoc
 quando impius, qui historicè tantum credidit, agnitis impietatis suae tenebris,
 ad bonam frugem se recipit, fiduciamque suam in Christo collocat. Novum
 metamorphoseos genus: quo ex principio divino virtutes naturales, & con-
 tra ex humano, actus divini & gratiosi nascuntur. Quantum vero hoc no-
 vitatum est, quibus commilitones nostri intumescunt! Christus inquit:
Quicquid ex carne nascitur caro est, & quicquid ex Spiritu nascitur Spiritus
est. Job. III. 6. Admonemus proinde fratres nostros, ut ab his *καὶ νοσηρίαις*
 abhorreant.

Qv. III.

An Johannes Cap. 1. v. 9. Illuminationem omnium hominum de Chri-
 sto praedicet?

Dissentiens Versionem B. Lutheri correctam cupit, saltem ut *ἡ εὐδαι-
 μονία*

Cp

*ἡ εὐδαι-
 μονία*



πνεύματι suam fulciat: In unserm Deutschen lautet's also: Das war das
 warhafftige Licht / welches alle Menschen erleuchtet / die in diese Welt
 kommen / es möchte / (aber) vielleicht besser gegeben werden: Daß alle
 Menschen erleuchtet / NB. Da es in die Welt gekommen ist. *Rationem*
interpretationis addit: Weil von einem blossen Menschen / der vorhin
nicht ist / nicht kan gesagt werden / daß er durch seine Geburt in die Welt
komme. Sed quemadmodum huic Autori familiare est, ambiguis formulis
Ecclesiam opplere: ita 1.) τῷ Fortasse facile aliud Fortasse opponi poterit,
præcipue cum (2) ratio ejus interpretationis prorsus sibi non constet, uti à
Dn. D. Præside dudum demonstratum Diff. de Sec. Majoris Revelationis p. 21.
seq. Nam etiam peccatum ante mundi cunabula non exiit, nihilominus de
hoc Apostolus inquit: ἡ ἀμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. Peccatum in mun-
dum introiit. Rom. V. 12. (3) Johannes ipse hanc phrasin alibi adhibet, quam
Dissentiens nobis opponit: ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Luthe-
rus reddidit: Daß der Mensch zur Welt geböhren ist. Johann. XVI. 21.
Huic Autor in faciem obloquiuur: Es kan nicht gesagt werden / daß der
Mensch durch seine Geburth in die Welt komme. Sic ipsum Johannem
nactus adversarium est, quem, uti velit convincere cogitationibus assequi
haud possum. Cæterum (4) satis liquet, cur novam hanc nobis obtrudere
velit interpretationem. Seculum majoris revelationis est, quippe cujus in-
tuitu Illuminationem, tempore incarnationis Christi factam, non nisi præ-
ludii loco habet, quod splendidius quoâdam & gloriosius insequatur. Quod
vero lumen, nisi me omnia fallunt, ad Calendas Græcas exorietur. Judicet
verò cordatus Lector, quid causæ sit, cur novam moliamur interpretatio-
nem: cum 5.) ex tota συναφείᾳ Textus pateat, loqui Apostolum de univer-
sali quadam Illuminatione. Nam v. 7. dicit de lumine fidei, quod ex inten-
tione DEI omnibus hominibus est destinatum. Cur ergo in sequenti v. 9.
in eodem sensu non acquiescamus? (6) Consentit interpretatio orthodoxa
ex assecnæ verbis Petrinis: Deus πάντας ἀνθρώπους vult salvos fieri, & ad
agnitionem venire. I. Tim. II. 4. Unde Dissidentem condonari non potest
detorsio dicti hujus classici. Conf. pluribus Programma Celeberr. Dn. Præ-
torii, Rectoris Gymnasii Halensis, non ita pridem hac de re erudite con-
scriptum.

Qv. IV.

An Doctor quoad vitam improbus, illuminare alios queat?

*Negant illud fratres sectarii, & hoc ipsum a doctore suo didicisse
 fatentur,*

fatentur, qui scribat: Diese sind Buchstabische Theologi, welche auch NB. machen die Buchstabische Christen / und Zuhörer. Verum Donatisticus hic error proluxa refutatione non eget, saltem urgemus, (1) quod & ii, qui quidem lumine fidei non sunt collustrati, nihilominus tamen & lumen verbi possideant, &, quæ hinc nascitur, cognitionem dogmaticam: quippe quæ pertinet ad *διανοίαν* Spiritus. 2. Cor. III. 8. & doni ad ministrantis est 1. Cor. XII. 6. seqq. (2) Mali etiam pastores sunt ministri Spiritus, ut Judas Apostolus, cui dona Spiritus ipse Dissentiens sæpius concedit, ut & illi, qui ex contentione, ex invidia & impuris affectibus Christum annuntiabant: de quibus tamen gaudet Apostolus, quod operentur salutem animarum *Phiipp. I. 15. 16.* (3) Contra Confessionem Augustanam Artic. VIII. aperte militat Sententia, quæ inquit: *Et Sacramenta & Verbum propter Ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur.*

CAPUT. III.

De

Attributis & Impedimentis Illuminationis.

Qu. I.

An seculum majoris revelationis expectandum sit?

Id plenis buccis promittunt nobis novæ pietatis studiosi; qui cum se rationibus tueri nequeunt, provocant ad Antesignanum suum, qui sæpe mentionem injiciat; des Reichs der bevorstehenden Offenbarung / item der noch künftigen grösseren Verherrlichung Göttlichen Namens / item inter signa extremi diei longius remota numeret: Die allgemeine Predigt des Evangelii / in der ganzen Welt. Sed & hoc *ζήτημα* contra Dissidentem, Pietistas, Weigelianos, & Chiliastras meritò negatur. Nam (1) Canon Scripturæ clausus & obsignatus est, testantibus locis. *Job. XX. 31. XXI. 24. Apoc. XXII. 18. seqq.* (2) obstant vaticinia Christi & Apostolorum, quæ ultima tempora ut sterilia fidei & virtutum designant, & potius talia, quæ ignorantiam & impietatem Paganam sint reducenda in orbem. *Matth. XXIV. 20. seqq. Marc. XIII. 10-26. Luc. XXI. 26. 27. 31.* (3) Si in beato seculo noxam & illustriorem, quam quæ seculo Apostolico contigit, Spiritus S. effusionem expectant Pietistæ, aut idem Evangelium sperant, aut aliud: non idem poterunt expectare, quia *omne consilium DEI jam nobis annunciatum est, Act. XX. 39. 2. Per. I. ergo aliud expectant, quod*

C3

est

est *anathema Gal. I. 8.* (4) Apostolus semper nos remittit ad verbum, nulli-
bi vero mentionem facit Seculi cujusdam majoris revelationis. Rom. XV.
4. Conf. 2. Pet. III. 2. (5) Commenti hujus fons Chiliasmus est, sic fabula
fabulam gignit. Vid. Dn. D. Præses in *Diss. 3. Anti-Chiliasm. de Seculo Majoris
Revelationis*, post quem Iliada scribere non decet.

Qv. II.

*An Joelis II. 28. 29. de effusione Spiritus Sancti
impletum sit?*

Negat hoc D. Petersenius & passim propugnat, nec discedit! Dissen-
tens, quem ut Magistrum veneratur ille: Es bleibet dabey / der Pro-
phet zielet hinaus auff die künfftige Befehrung Israels. Es ist die zur
Apostel Zeit geschene Ausgießung des Heil. Geistes NB. ein Vorbild
und Vorspiel derselben Gnaden-Zeit / die künfftig erfolgen wird. Es
bleibt also dabey / der Prophet Joel rede l. c. von einer künfftigen
Herrligkeit der Kirchen. Sed cur, quæso, (1) explicatio, quam omni
correctione major exegata Petrus tradit, deseritur? Vir sane θεόπνευστος
exserto velut digito, hoc vaticinium impletum esse, demonstrat: τὸ ἐστὶ
τὸ εἰρημένον: Hoc est, quod dictum est. Act. II. 15. Quod si implendum ad-
huc restat, unicum Scripturæ dictum non habebit amplius unicum sensum
literalem, sed duplicem, ita ut dicente Petro: Hoc est, sensus sit, hoc
illud futurum est, quod à Propheta dictum. (2) Christus effusionem Spiri-
tus S. solennem suo cum merito connectit. Joh. XVI. 7. Aut proinde Chri-
stus denuo pro nobis nasci & mori, adeoque iterum satisfacere debet, aut
affirmandum non est, vaticinium Joelis nondum esse impletum. (3) Serva-
tor noster benedictus N. T. consummavit, tertium vero nullibi promisit,
necque vestigium quidem ejus ullo in loco deprehendas. conf. Ebr. VIII. 8.
9. seqq. Quod si vero fingas, restare adhuc aliam uberiores Spiritus S. ef-
fusionem à Propheta prædictam, sequetur, (4) Scripturam N. T. non esse
antitypum, sed typum duntaxat futuri adhuc Verbi, nosque adhuc esse sub
umbra, non corpore Ebr. X. 1. (5) Spiritum S. nondum suos in omnem
veritatem duxisse, quod pugnat cum dictis Job. XIV. 26. XV. 18. Manet
igitur firmum, vaticinium hoc Joelis impletum esse post Ascensionem Chri-
sti, nosque planè subscribimus (6) sententiæ B. Hieronymi, cujus sunt ver-
ba: Si quis Christianorum, & maxime novorum prudentium, quorum no-
mina taceo, ne quenquam ledere videar, existimat, nec dum Prophetiam
esse

esse impletam, sciat falso Christi portare se nomen & Judaicam animam, Circumcisionem tantum Corporis non habere. Comment. in Zeph. T. VI. Op. pag. 99.

Qv. III.

An Scripta Prophetica obsignata haecenus, & tecta manserint, ut sub finem mundi demum sint revelanda?

Utinam in his talibus, Chiliaistica cohors simplicem fidem nostram non turbaret: quibus abunde lucis in Prophetis apparet, ad Christum demonstrandum. Sed novaturientes commilitiones nostri, ad Magistrum suum iterum provocant, qui, adducto Dan. XII, 4. pergit: Daraus wir sehen / daß Daniels / und also auch anderer Propheten Schrifften lange Zeit werden als ein versiegeltes Buch unverstanden bleiben / aber zu letzt noch ihren herrlichen Nutzen haben / wenn Gott ihren mehren dieselbe / und ihren Verstand eröffnen wird. Verum si hæc ratio valeret, sequeretur (1) non Daniele tantum sed omnes Prophetas, instar obsignati libri, clausos, nec ad hos usque tempus intellectos fuisse: quod plus quam Pontificiam doctrinam redolet. (2) Corda hominum adeo oclusa fuisse, quo minus S. Scripturam intellexerint, quod Reformatorum *ἔγκλημα* est, ab Autore supra repetitum. (3) His demum novissimis temporibus Prophetias impleri atque intelligi, non tamen à quibusvis, sed tantum a Theosophis & illuminatis, quod Schvvenckfeldii & Weigeli deliramentum fuit. Contra vero (4) Spiritus S. asserit, quod jam in V. T. Scripturæ Propheticae fuerint *Lucerna & lux semitis nostris. Ps. CXIX. 105.* & Christus (5) suo quoque tempore ad eas præcipuè provocat, & doctrinam de Persona & Officio suo ex iis demonstrat. Joh. V. 39. (6) Expresse docet sapientissimus Servator, quod Daniels vaticinium suo tempore in Antitypo impletum sit. *Matth. XXIV. 15.* Quod (7) ipsa verba Prophetica attinet, ea ita clarè sunt exposita à Dn. D. Præside in laudata *Dissert. p. 40. seqq.* ut ne minimus quidem scrupulus in eorum explicatione nobis restet.

Qv. IV. & ultima.


An eruditio Academica in homine regenito Illuminationem impediatur?

Nemo non agnoscit literas, linguas, scientiam, & eloquentiam, inter excellentissima dona referri, cum ab ipso Patre luminum proficiantur. Sed vide, in Paulo, Petro, Johanne velut obstacula allegantur illa, quo minus Spiritus S. in epistolis prodiderint: Paulus hab die grôst erudition, Wolredenheit / und andere hohe Gaben / und was NB er in der Academie gelernet / allgemach wieder ausgeschwizet. Je einfältiger er wurde /
jemehe

jemehr er an diesem abnahm/ jemehr Geist war in ihm. Man sehe nur
 die letzte Epistel an den Timotheum an/ die kurz vor seinem Tode ges-
 chrieben/ es ist ja NB. gleichsam nicht anders/ als lauter Geist / und ein
 Macht-Spruch an dem andern. So ist's auch mit den Episteln Johana-
 nis/ und der andern Epistel Petri. Verum hinc (1) cognoscas Philoso-
 phiæ & cujusvis omnino eruditionis Academicæ fastidium, & contemptum.
 (2) Intelligas gratiam primi articuli gratiæ tertii opponi, si ita κατ' ἀνθρώ-
 πον disputare fas est, & sic Deum cum Deo committi. (3) Opponi Scriptu-
 ram Scripruræ. (4) Deprehendas hic principium Platonico-Pythagoricum,
 quasi homo, quò magis à scientiis vacuus, & mortis vicinior, eo ad vaticin-
 andum aptior fiat. Tandem (5) observes causam, cur literales saltem &
 carnales audiant Præceptores nostri, quod scilicet ad interpretationem Scri-
 pturæ lingvarum & scientiarum adminiculis utantur. Plura fuerant ζητή-
 ματα, in hunc Syllabum referenda; Sed cum his saltem diebus ad nos per-
 latus sit solidissimus Tractatus Dn. Bücheri, Ecclesiastæ Dantiscani, quem
 Platonem mysticum, in Pietistæ redivivum inscribit; atque in eodem Φορτικὰ
 ἀνθρώπων Dissidentis ex solido confutarit; non libet progredi, re ad li-
 quidum perducta. Interim brevi commentatione ex doctoribus nostris hæc
 collegi, non ut litem alicui intentarem, sed ut receptas hæcenus doctrinas,
 & nobis fideliter inculcatas contra commilitiones quosdam pruritu novita-
 tum abreptos, defenderem. Videmus enim quotidie, quod gregarii etiam
 milites ad sacra hæc certamina profiliant, & in Doctores nostros, testis no-
 minibus impotentius invehantur, libros Symbolicos, ceu tesseras fidei nostræ
 externas, conspuant; ac de hinc Scripturam, in anilia commenta & varias
 heterodoxias detorqueant. Proinde & nostram esse duxi, propugnare or-
 thodoxam doctrinam semel agnitam, ac fidos adeo Doctores nostros quali-
 cunque præsidio stipare & marte, quod ajunt aperto tueri. *DEUS autem
 omnis gratiæ, instauret nos, fulciat, roboret, stabiliat! Ipsi glo-
 ria & imperium in secula seculorum AMEN!*

S. D. G.





Aug VI 49 (1)

ULB Halle 3
001 853 821




Sb.

VD 17

Retiro ✓







24
21

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
ILLUMI-
NATIONE,

Quam
Divina favente gratia,
Consensu Venerande Facultatis Theologicae,
IN ACADEMIA WITTEBERGENSI,
SUB PRÆSIDIO
DN. JO. GEORG. NEUMANNI,
SS. Theol. D. & ejusdem Prof. Publ.

Alumn. Elector. Ephori, nec non Academiae
Bibliothecarii,
Dn. Patroni & Praeceptoris sui ad cineres
usque colendi,

Ad Diem XI. Maji, Anno M DC XCIX.
EX CATHEDRA B. LUTHERI
Ventilandam proponit
RESPONDENS

M. JO. CHRISTIANUS Kleber.

WITTEBERGÆ,
Litteris FINCELIANIS.

